



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Quid Est Peccatum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

puniens, ideo Aristoteles inquit, in his versibus Empedoclis descri-  
ptum esse ius naturæ, in quibus dicitur, primū ius, id est, ordinendi  
unam, seu Deum ipsum ordinantē, & vindicem adesse in terra nostra,

καὶ τὸ μὴ πρῶτον νόμον διὸ τὸ οὐρανὸν ὄρθη,  
τελέσθω τέτατος οὐρανὸς πεπλέτης αὐγῆς.

SECUNDVS VSUS LEGIS EST IUDICIUM UNIVERSALE, ACCUSANS  
OMNIA PECCATA IN HOMINIBUS, INTERIORA, & EXTERIORA, & TOTAM DEPUTA-  
TIONEM, IUSTA DICTA: Deus est ignis confundens. Item: Ut rationa-  
mus reus sit Deo. Item: Per legem cognitis peccati. Item: Actus  
mortis peccatum est, potentia peccati lex est. Huius iudicij in compari-  
tione aliqua initia sentiri oportet, ubi discimus, Legi non iustificari  
homines, sed accusari, iuxta dictum: Lex iram efficit. Tercius  
dictus vsus est in renatis, docere qui cultus placeat Deo; quia  
humana ratio scit aliquo modo discrimen honestorum & turpium  
men necessitate habere testimonium Dei expressum, qua operi  
placeant, iuxta dictum Ezechielis 20. In praceptis meis ambolare.  
Item in Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Nec cella in ma-  
ximam aeternitate hic ordo, ut creatura rationalis sit subiecta Deo clementi,  
& sit ei conformis. Item semper in renatis in hac vita crescentem  
potentiam oporteret, ideo semper arguit lex reliquias peccati. Quare  
semper in Ecclesia Deus conseruauit & repetivit vocem legis, si-  
mul docuit in Evangelio, quomodo placeat incoata obedientia. Et  
autem singulare testimonium, ostendens solius Ecclesie doctrinam  
veram & diuinam esse, & solam Ecclesiam esse coetum Deo placentem,  
quod tantum in ea semper mansit & manet incorrupta vox legis, quia  
vult Deus in Ecclesia restare iudicium adulterii peccata, deinceps de-  
stinam, qua opera ei placeant: Item, ideo renovamur, ut in nos  
aeternitate sit in nobis conformitas cum Deo, sicut in lege moraliter  
scribitur, ut Roma. 8. dicitur, ut ius legis in nobis impleteatur. Ex his  
omnibus intelligi potest, quare dictum sit: Non veni soluere legem,  
sed impleere. Sicut in terra aeternitate manet eadem & immutabili sapientia  
& rectitudo voluntatis in Deo, sic manet lex Moralis, quae nos  
bis parefacta est, ut sciamus, quod sit Deus, & qualis sit. Impletus autem  
Christus legem quatuor modis. Primum, sua propria obedientia  
Secundo, derivando in se pœnam. Tertio, Restituendo in nobis  
iusticiam & vitam aeternam. Quarto, Sanciendo, sicut dicit: Non  
veni soluere legem, &c.

### DE PECCATO.

QVID EST PECCATUM?  
Definitio brevis extat in epistola Iohannis: Peccatum est quod

videtur contra legem Dei. *ἀμαρτία ἐσίπ ἀνομία.* Hæc breuis definitio dixerit intelligatur, videlicet non tantum de actionibus, sed etiam de interioribus defectibus, de caligine & dubitationibus in mente, de auersione voluntatis & cordis à Deo, de tristissima desertione quod non lucet in homine sol iusticiæ filius Dei, ostendens Patrem, & ascendens corda Spiritu sancto. Intelligatur & reatus in definitione, quod videlicet homo propter peccatum reus sit aeterna ira Dei, & penitentia, nisi fiat remissio propter mediatorem. Nam & hic reatus in lege includitur, iuxta dictum: *Maledictus omnis, qui non manterit in omnibus, quæ scripta sunt in lege.* Et lex esset inanis sonitus, nisi horribilium peccatarum comminatio addita esset, quæ ordine diuinus sancto sequuntur, nisi quantum sic mitigatio diuinitus, propter mediatorem. **C O N S I D E R A N D A** est igitur explicatio, in definitione apud Iohannem. Nostra definitio expresse eadem continet: Peccatum est defectus, vel inclinatio, vel actio contra legem Dei, offendens Deum, & commerens iram aeternam, nisi fiat remissio propter Filium mediatorem.

**Q V A E S Y N T D I V I S I O N E S  
P E C C A T I ?**

**P R I M A** est, Peccatum aliud nominatur Originale, aliud Aduale. Peccatum originale est reatus propter Adæ lapsum, & propter priuationem lucis divinae, & firmæ agnitionis Dei in mentibus hominum, & propter auersionem voluntatis à Deo, & propter contumaciam cordis, quæ mala sequuta sunt lapsum Adæ, in natura hominum, & sunt inimicitæ aduersus Deum, & damnata à Deo.

**D E S C R I P T I O** circumfertur in Ecclesia, sumta ab Anshelmo: Peccatum originale est carentia iusticiæ originalis debitæ infra hominibus. Hæc descriptio re ipsa congruit cum nostra. Sed vocabula recte interpretanda sunt. Iusticia originalis significat & acceptationem & rectitudinem, quæ fuit ante lapsum, videlicet lucem & firmam agnitionem Dei in mente hominis, & congruentiam voluntatis & cordis cum Deo, qui in hominibus velut in templo suo habita fuerit, & suam sapientiam, iusticiam, & laxitatem eis communicasset, si non essent lapsi. Hæc omnia significantur in hac descriptione Anshelmi nomine iusticiæ. Ergo nomine peccati originalis contraria mala significantur, scilicet & reatus & caligo in mente, & in voluntate auersio à Deo, & in corde contumacia contra legem Dei, & non esse templum Dei. Hæc mala sic descripsit Hugo: Peccatum originale est ignorancia de Deo in mente, & inobedientia in voluntate & corde. Alij uno nomine hæc mala omnia nominarunt malam concupiscentiam, qui Paulus sic loquitur, *Roman. 7.*